

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Avtvmnalis - A Dominica Decimaquinta post Pentecosten, ad  
Adventum

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Qualis est Intellectus, talis & reöqua tota intellectualis creatura. Hac  
hebdomada, Historia Cæci nati, unde ad Divina lumina fideliter  
acceptanda, & in effectum adducenda differitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44846**

Eccles. 10. cuandem judicem populi, sic & ministri ejus : & qualis est rector civitatis, tales sunt in habitantes in ea. Quod de privata posse dici domo quis dubitet? Imo & de unaquaque seorum rationali sive intellectuali persona circa eam eras animi seu corporis sui facultates, verum est dicere & fructuosum cogitare:

Qualis est intellectus, talis & reliqua tota intellectus creatura.

Id est, talis voluntas, talis uterque appetitus, tales affectus, tales oculi, talis lingua, talis denique totus homo interior & exterior. Ab intellectu tanquam a rectore civitatis, sive tanquam a Patre familias, sic pendent omnia, ut quantum intellectus de Veritatibus practicis fuerit bene persuasus, tantum de illo ac de ceteris cuiusque personae patibus dici possit, Credidit ipse & dominus eis tota: Tota et conformabit intellectui: tota in genere morum quam vocant qualia atem inde sortietur tanquam a primo movente naturali.

Ratio est, quia tota in genere morum qualitas cuiuscunq; persona attenditur ex rationali motu, quolla fertur circa bonum & malum.

Sed illa rationalis motus quo queritur persona fertur circa bonum & malum pendet ab intellectu tanquam a primo movente naturali.

Ergo & eis inde qualitas, ac proinde qualem se totum quisque velit, talem sibi anima cum gratia procuret intellectum.

Discursus extendi potest plus minusve largiter, prout cuique visum est; nam propositiones ita sunt planae & forcundae ut vel pascis adjectis intelligentur, vel certe pluribus tractari queant; nos hic paucis singulis attingemus. Prima sic declaratur, nam quod in genere moris, qualitatem cuiuscunq; personae facit, est ejus bonitas vel malitia: bonitas autem vel malitia persona petitur ex ejus aetibus tam internis quam externis: Atque vero formatur ex illo rationali motu quo persona fertur in objecta talium actionum. Rationalis potius motus iste qui cum prævia cognitione, cum sufficienti advertentia & libertate producitur circa id quod estimatur bonum vel malum mortale, id est, quod metetur laudem vel vituperium, præmium seu pre награда id prius ex objecto, sive ex fine quo illud intenditur, sive ex aliis circumstantiis, tale bonum vel malum oriatur, nihil modo refutatur; laus est quod ex illo actu resiliat funda-

mentalis quædam ratio quo denominetur Agentes coram Deo, & qua in veritate sit bonus vel malus, bonitate vel malitia non entis quam quam vocant sed moris; unde ad evidentiam propositionis manifeste patet, quod sicut illa bonitas vel malitia qualitatem agentis personæ faciunt, sic ista qualitas attenditur ex rationali quam diximus moru quo fertur circa id quod bonum vel malum ex se est, aut ex praæcepto, vel fine intento.

Nu quid proprieta quæatur in Cantico Cantorum qualis sit dilectus ex dilectis; Et respondet, Candidus & rubicundus; Id est, qui sic pure & candidè fertur in bonum quodlibet, ut nisi sic fertur, erubescat, & ipsum potius effundat sanguinem quo totus purpurascat, quæ non sit totus candidus.

SED, quæ est altera propositione, ille rationalis motus quo quævis persona fertur in bonum vel malum pendet ab intellectu, tanquam a prima causa movente naturali. Nam voluntas cuius est bonum appetere, & secundum reliquias corporis & animi facultates eò attrahere, non fertur in illud bonum nisi prout est apprehensum, nisi prout est propositionum ab intellectu sive id vere bonum sit sive falsum, quale omnino intellectus voluntati propotuerit, tale voluntas proficeretur; unde licet ex se malum nunquam voluntas velit, si tamen intellectus proponat illi malum sub specie boni apparentis, statim illud malum tanquam bonum proficeretur, tam ardentius appetit & affectu perinde ac si vere bonum esset; cum enim causa sit ex se facultas, totumque suum lumen ab intellectu hauriat, proficeret quæ illud cunque fuerit quod intellectus illi obiectat, sive bonum sive malum, non aliter illud proficeretur aut fugiet nisi prout ab illo sibi fuerit representatum. Et vero tamen quæ non necessariò, sed liberè fertur voluntas quoconque fertur, potest quidem nolle bonum quod proponit illi intellectus: sed, o miram intellectus eminentiam, non recusat illud voluntas bonum, nisi prius ut dictum est intellectus bonum illud aliter statuat & proponat, vel sub specie malis alicuius, vel sub ratione minoris boni quod præ alio melior voluntas deserat, adeo verum est & constantissimum quod habet Propositione, rationalem illum motum quo persona quævis fertur in bonum vel malum pendere ab intellectu, tanquam a suo naturali movente seu motivo.

Quæ omnia fuis apud sanctum Thomam videm

videtur possunt, ex quo illud unū præcipue rese-  
ras quod cum suo etiam modo voluntas intel-  
lectum præcedat & moveat, ad suorum videlicet  
exercitum actuum, ne forte inde circulum au-  
procolum in infinitum arbitris, sic ad rem  
nostram peropportund. Non oportet, inquit,  
procedere in infinitum sed statut in intellectu sic-  
ut in primo. Omnen enim voluntatis motum ne-  
cessit quod præcedat apprehensio, sed non om-  
nen apprehensionem præcedat motus voluntatis,  
sed principium considerandi & intelligendi est a-  
liud intellectum principium aliud intellectu  
nistro, quod est Deus, qui scilicet primò lumen  
injungit quo post intellectus voluntatem illustrat  
& moveat. Unde tandem quid lequitur, nisi  
quod Qualis intellectus, talis est reliqua tota co-  
taintellectus creatura, cuius qualitas est à bo-  
nitate ipsius, & bonitas à bono volito, bonum  
autem non sit voluntum nisi prout erit appre-  
hensum, & ab intellectu propulsum.

Voca virum tuum dicabar Samitanus Do-  
minus, Id est, inquit sanctus Augustinus, pre-  
laci 9. sensu intellectum tuum, non me capias, non me in-  
telligis, a sensu est intellectus tuus, voca virum  
tuum. Nonne proprietas dictum, omnia possibi-  
lia sunt credentia; & fide Sancti omnes sanctita-  
tem suam sunt afferunt? Hoc primum est quod  
Deus nobis largitus donum, Unde S. Augusti-  
nus, fides, inquit, etiam non perfita conceditur ut  
liberis potest alia concedantur.

Quapropter accurate percolendus intellectus  
Evangelicis veritatis quarum ductu totam  
regat fidei subjectam familiam, id est, cunctos  
affectiones, motus & sensus hominis: nec mi-  
nori diligentia dispendendum est falsis mundi ac  
earum persuasionibus, quarum tanta vis est in  
animis ut si totus inde à virtute non abduca-  
tur, certe multum distractur. & tota quam  
patitur difficultas in virtutum actibus exercen-  
dis, inde vel in aximè provenit quod in diversas  
rapitur paties, nec se plenè totum dedit verita-  
ti cogitatio. Hoc agnoverit sanctus Augusti-

HAC HEBDOMADA, Historia cœci nati, à Christo Domino illumina-  
ti, prout referrit capite 9. Joannis, subministrabit consideraciones & verita-  
tes que potissimum eò spectent ut discamus lumina seu divinas Gratias religiosè  
recipere, nec non fideliter in esse etum adducere.

nus cum miratus quare magis obedit: corpus  
animo quam animus sibi, hanc reperit. Causa  
quod aliis est animus in his que pectant ad se-  
ipsum movendum, & his quæ pertinen, ad ex-  
ternos corporis motus. Vide hoc monstrum, — L. 8. Con-  
quit. Et quare istud? Imperat animus corpori. Op. 1. 1. c. 2.  
paretur statim, imperat animus sibi & resistit! In. Sent. 4.  
Imperat animus ut moveatur manus, & tanta  
est facilitas ut vix à servitu discernatur experien-  
tia. Et animus animam eis manus autem corporis  
est. Imperat animus ut velit animus nos aler-  
et, nec facit tamen. Unde hoc monstrum & qua-  
resistit? Tum vero causam refert partim in in-  
tellectum, partim in voluntatem: In intel-  
lectum quidem quia non se totum applicat ad id  
quod si solum cogitaret moveret plenè ani-  
mum ad virtutem: In voluntatem vero quia  
distrahit intellectum ad alia cogitanda quæ à  
bonis operibus animum avocant aut retardant,  
& hanc vocat agrititudinem voluntatis quam sic In. Sent.  
describit sanctus Prosper: Aegritudo animira-  
tionalis est, cum bonis inferioribus delectatus, su-  
periora ex parte appetit. & ex parte non appetit,  
ideoque in dure dividitur voluntates, cumque  
una est, tota non est, & hoc adstuni, quod de-  
est alteri. Uadenam vero deest, & quemadmo-  
rogo totus malus? Scilicet paucis & expeditè S. Tho- I. 2. q. 17.  
mas: Imperfectum est in imperium animi in seipsum a. 5. ad 1.  
& contingit ex hoc quadratio ex diversis parti-  
bus moveatur ad imperandum vel non: unde flu-  
ent inter duo, & non perfectè imperat.

Quamobrem in hoc unum tota tenet prae-  
xis, ut quantum cum divina gratia divinis Veri-  
tatis te addices pervolvendis, tantum huma-  
nis contra oppositis falsitatis ibus excludendis te  
applices, nihil ut proflus te impediatur, quo mi-  
nus uni vacare Deo ac virtuti exercenda possis;  
arque ex illis sis quis in intellectibus manuum  
suarum deduxit Deus. Habent quippe manus  
intellectum, quando intellectu cuncta reguntur  
opera.

## FERIA